# Amtsblatt

## für die Erzdiözese Freiburg

Stück 35

Freiburg i. Br., 31. Dezember

1942

Inhalt: Adhortatio Archiepiscopie ad Clerum. — Facultates absolvendi ob peccata apostasiae vel haeresis. — Umpfarrung der Filiale Hugsweier von Schuttern nach Lahr-Dinglingen. — Missionsvereinigung katholischer Frauen und Jungfrauen. — Borbereitungsunterricht auf die kirchliche Jugendweihe. — Gebetsmeinungen. — Kollette für überdiözesane Einrichtungen. — Pfründebesetzungen. — Bersetzungen. — Sterbfall. — Mitteilungen aus dem kirchlichen Leben.



Als Opfer ihrer Pflicht im Dienste des Baterlandes sind auf dem Felde der Ehre gefallen: die Kandidaten der Theologie und Alumnen des Collegium Borromaeum:

- 66. Soldat Josef Klaiber aus Burladingen, am 1. November im Often, schwer verwundet, gestorben am 2. November 1942 im Alter von 21 Jahren.
- 67. Feldwebel Josef König aus Wyhl a. K., Inhaber des E. K. II. Kl., am 26. November 1942 in Rußland im Alter von 25 Jahren.

8 Studierende der Theologie sind bis jest als vermißt gemeldet.

Wir empfehlen ihre Seelen dem Memento der Priefter und dem Gebete der Gläubigen.

R. i. p.



### Reverendo et dilecto Archidioeceseos meae Clero benedictionem et salutem!

Sententia est Sapientis et experientia totius generis humani: "Tempus sicut umbra praeterit" (Eccl. 7, 1). Deus unicus est aeternus fruens possessione interminabilis vitae tota si-

mul et perfecta sine initio et fine. Hominis autem anni veniunt et vanescunt, nascuntur et obeunt ultimum diem. Cuius sortis exemplum magistrale hodie patet imprimis. Annus enim senilis brevi vitae valedicens expiravit et alterius aurora matutina elucescit et salutat. Qualis erit et qualia continebit acta, facta et fata? Talia nos omnes propria sponte quaerimus, nisi fortasse haeremus in rerum mutabilium superficie et negligimus nos naturalemque appetitum et ultimum finem. At unus solummodo plane et perfecte respondere potest, ille divinus sempiternus, qui omnibus praesens tum futura possibilia et contingentia tum praeterita universa cognoscit in semetipso, "Deus viventium"

et "pater futuri saeculi". Neque solum omnia scit, sed etiam providet et gubernat disponendo universa suaviter (Sap. 8,1) et juste (Sap. 12, 15).

O Deus, ecce nos ante Te in hoc nostrorum annorum decursu et vice! Tui et Tui solius sumus et nostrum est, ut anno, cuius iniens et adhuc innocens vita nos tangit, utamur pro Te. Hoc enim est primum et summum faciendum a nobis, quos ab aeterno, prae ceteris, elegisti et in tempore ordinasti ad Tuum singulariter regale sacerdotium, ut actis voluntatis gratia sacramentali cumulatae facta conjungamus et a nobis et a nostris in medio minacium inimicorum una cum firmamento et coelis enarrantibus gloriam Tuam (Ps. 18, 1) "sanctificetur nomen Tuum et adveniat regnum Tuum". Quod sane est regnum Christi et non regnum de mundo (Jo. 18, 36). Est "regnum, quod iniqui non possidebunt" (1.Cor. 6,9). Est ,,regnum caelorum, quod vim patitur" (Matth. 11, 12). Est regnum Dei, quod "intra nos est" (Luc. 17, 21). Est regnum Divinum, in quod "oportet nos intrare per multas tribulationes" (Act. 14, 21). Quod regnum recte arbori comparatur, quia debet crescere ex radicibus Christi circulis annuis formatis ut visibilibus signis incrementi in altum et aevum.

Annus autem, qui nunc quasi parvulus surgere conatur, an faustus erit et felix? An gravis tristis, nubilis et impeditus? Nostrum non est praescire, eligere et determinare sed oboedire, amplecti et orare: "Fiat voluntas Tua sicut in caelo et in terra!" Tua voluntas enim, summi Boni et aeterni patris, bona est et benigna nimis tum in se tum quoad nos.

Sed proh dolor! Temerarii et mobiles, ingrati et inutiles servi erimus etiam in hoc novo caduco spatio salutis, sicuti fuimus in altero, quod cursum suum heri consummavit ante Christi universorum iudicis tribunal. Proinde "dimitte nobis debita nostra", quae ex nostra debilitate vel levitate commisimus et in novo anno committemus — "spiritus quidem promptus est, caro autem infirma" (Marc. 14,38) — et gratia Tua nos impelle, ut redimamus tempus (Eph. 5, 16) pro aeternitate, "quoniam dies mali sunt" (Eph. 5, 16).

O Domine, animo angimur valde! Indulge, si cum luctu lamentemur, hoc die praesertim,

quo alii capiunt voluptatem et inter se mutant saepe stulta verba, desideria et vota. Toto in circuitu saevit bellum, de cuius tumultu et tonitribus resonat orbis. Bellum nondum se vertens ad finem sed intumescens sicut mare turbatum et vorax attingens Bellum devasummos colles et montes. stans regna prope et longe, vulnerans corda, decimans gentes et "pupillos faciens absque patre et matre et matres nostras quasi viduas" (Thren. 5, 3). Bellum in terris et ultra, quia nolunt "Christum super nos regnare" (Luc. 19, 24). Nonne nosipsi contemnimur saepe et aestimamur sicut alienigeni et externi aut quasi hospites tantum molesti vel hostes? Sed "dimittimus debitoribus nostris" quia cognoscunt neque nos neque haec, quae verae sunt pacis. Nos autem clamabimus, sicuti desiderio et dolore conquerimur iam per annos exhibentes nos "in omnibus sicut Dei ministros in multa patientia" (2. Cor. 6, 4): "Fiat pax in virtute Tua!" "Et libera nos a malo". Malum autem non est nostri corporis iniuria vel mors, sed omne, quod non est a Te et ad Te. Ab hoc libera nos et nostros, Domine! Consolare saltem, si nos relaxari Tibi non placet, detentos et expulsos ceterosque innumerabiles iniquitate temporum vexatos! Protege vicarium Tuum piissimum Pium et confirma in gratia et veritate curae nostrae animarum demandatos et omnes vere christifideles ubicumque terrarum! Et indulge inimicis nostris, ne "auferatur a nobis regnum Tuum et detur genti facienti fructus meliores" (Matth. 21, 63).

An Tu Domine temporis et aeternitatis disponis de anno a nobis usque ad finem feliciter consumando? Vel in inscrutabili Tua majestate de fine nostro praecurrente terminum anni? O Domine, Tu scis omnia (Jo. 21, 17). "Sive vivimus, sive morimur, Tui sumus" (Rom. 14, 8). Sis semper et in omnibus et ab omnibus benedictus, Victor invictus et unicus singulorum et gentium salvator Christe! Tibi soli honor et gloria in saecula saeculorum. Amen.

### # Conradus, Archiepiscopus.

Mr. 176

### Facultates absolvendi ob peccata apostasiae vel haeresis.

Die hl. Poenitentiarie hat unterm 24. November 1942 das Indult, wonach die deutschen Bischöse die approbierten Beichtväter ihrer Diözesen zur Absolution von Katholiken, welche sich des Vergehens der Apostasie, Häresie oder des Schismas schuldig gemacht haben, in confessionali ermächtigen können, auf weitere 3 Jahre verlängert. Demgemäß bevolkmächtige ich alle Beichtväter meiner Erzdiözese zur Absolution solcher Katholiken unter genauer Einhaltung der von meinem Ordinariat unterm 2. Dezember 1936 (Amtsblatt 1936 S. 203) erteilten Weisungen.

Freiburg i. Br., den 21. Dezember 1942.

# Conrad,

Erzbischof.

Mr. 177

#### Umpfarrung der Filiale Hugsweier von Schuttern nach Lahr-Dinglingen.

Die Katholiken, welche auf der Gemarkung von Hugsweier (Landkreis Lahr) wohnen, trennen Wir mit Wirkung vom 1. Oktober 1942 von der katholischen Pfarrei und Kirchengemeinde Schuttern los und teilen sie der katholischen Pfarrkuratie und Kirchengemeinde Lahr-Dinglingen zu.

Der Herr Minister des Kultus und Unterrichts hat im Einverständnis mit dem Herrn Minister des Innern durch Entschließung vom 12. Dezember 1942 Nr. E 4373 gemäß § 5 Abs. 1 der Staatsministerialverordnung vom 17. Mai 1923 über den Bollzug des Ortstirchensteuergesetzes die staatliche Genehmigung hierzu erteilt.

Freiburg i. Br., den 19. Dezember 1942.

+ Conrad,

Erzbischof.

Mr. 178

#### Wissionsvereinigung katholischer Frauen und Jungfrauen.

In Ergänzung unserer Beröffentlichung vom 26. Juni d. J., Nr. 91 geben wir nachfolgend den Wortlaut des betr. Päpstlichen Breve vom 20. April d. J. zur Kenntnis:

Pius P.P. XII

Ad perpetuam rei memoriam. Decessorum Nostrorum insistentes vestigiis,

quae in orbe catholico sodalicia ob navitatem in religionis rebus provehendis excellere videantur, ea consuevimus peculiaribus titulis privilegiisque locupletare, ut ea Christifideles quo majore fieri potest ardore ad se alliciant. Hoc ducti consilio, annuendum censemus precibus Venerabilis Fratris Nostri Sanctae Romae Ecclesiae Cardinalis Ostiensis atque Albanensis Episcopi, qui Nos rogat, ut ad bonum decusque promovendum Consociationis mulierum puellarumque catholicarum pro missionibus, quae jam intra Trevirensis dioecesis fines in "Pfaffendorf" prope Confluentes, a pia femina Catharina Schynse valde utiliter constituta est, nunc Consociationem eandem titulo Pontificiae honestare velimus. Quapropter, praesentium Litterarum tenore, Apostolica Nostra Auctoritate, perpetuumque in modum, memoratam "Mulierum puellarum que catholicarum pro Missionibus Consociationem" titulo PONTIFICIAE decoramus, cum omnibus juribus, honoribus privilegiisque quibus ceteri coetus hoc titulo cohonestati utuntur, fruuntur vel uti, frui possunt ac poterunt. Contrariis non obstantibus quibuslibet.

Haec benigne largimur statuimus decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces jugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere, enuntiataeque Consociationi pro Missionibus fovendis nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite judicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri si quidam secus, super his a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub Annulo Piscatoris, die XX mensis Aprilis, anno MXMXXXXII, Pontificatus Nostri quarto.

loc. sig. sign.: Aloys Card. Maglione A secretis Status.

Freiburg i. Br., den 19. Dezember 1942. Erzbischöfliches Ordinariat.

Mr. 179

#### Vorbereitungsunterricht auf die kirchliche Jugendweihe.

Der Vorbereitungsunterricht auf die tirchliche Jugendweihe für die zur Schulentlassung kommenden Knaben und Mädchen ist auch dieses Jahr nach unserer Anweisung vom 28. Dezember 1940 — Amtsblatt 1941 Nr. 1, S. 340 — in allen Pfarreien der Erzdiözese durchzusühren. Mit dem Unterricht ist nach Neujahr zu beginnen.

Freiburg i. Br., den 28. Dezember 1942. Erzbischöfliches Ordinariat.

Mr. 180

#### Gebetsmeinungen.

Januar 1943: Die Priefter der Erzdiözese, welche sich bei der Wehrmacht befinden.

Februar 1943: Die Anliegen des Oberhirten der Erzdiözese.

Freiburg i. Br., den 29. Dezember 1942. Erzbischöfliches Ordinariat.

#### Nr. 181 **Rollette** für überdiözesane Einrichtungen.

Die Kollekte für überdiözesane Einrichtungen ist am Sonntag, den 31. Januar 1943 in allen Pfarrund Kuratiekirchen durchzusühren. Die Ergebnisse der Kollekte sind alsbald an die Erzb. Kollektur in Freiburg i. Br., P.=K. Karlsruhe Nr. 2379, einzusenden.

Freiburg i. Br., den 28. Dezember 1942. Erzbischöfliches Ordinariat.

#### Pfründebesetzungen.

6. Dez.: Schmitt Joseph jun., Pfarrverweser in Au a. Rh., auf diese Pfarrei.

26. "Andris Guido, Pfarrer in Steinbach, Dek. Bühl, auf die Pfarrei Reichen aus Niederzell.

27. " Baur Karl, Pfarrverweser in Mimmenhausen, auf diese Pfarrei.

27. " Schuler Bius, Pfarrverweser in Neuhausen, Dekanat Pforzheim, auf diese Pfarrei.

#### Bersetzungen.

22. Dez.: Stengele Konrad, Pfarrvikar in Donaueschingen, St. Johann, i. gl. E. nach Mannheim-Rheinau.

28. " Berndt Cyrill, als Bifar nach Mannheim, Untere Pfarrei.

#### Sterbfall.

18. Dez.: Gaa Adolf, Pfarrer in Herbolzheim, Dekanat Mosbach.

R. i. p.

#### Mitteilungen aus dem firchlichen Leben.

Aus der Weltfirche.

Am Nachmittag des Festes der Unbesteckten Empfängnis fand in der von fast 50000 Menschen gefüllten Peterskirche in Rom im Beisein des Papstes Pius XII., zahlreicher Kardinäle, Patriarchen, Bischöse und Prälaten eine seiersliche Bitt=und Sühneandacht statt. Bei dieser Gelegenheit wiederholte der H. Bater das Weltweihegebet an das Unbesteckte Herz Mariä, das er erstmals am 30. Oktober in seiner Radiobotschaft an die Katholiken Portugals vorgebetet hatte. Diese Bitt= und Sühneandacht, bei der der Stellvertreter Christi selbst die Anliegen der Menschheit in der gegenwärtigen Kriegszeit dem dreizeinigen Gott empfahl, machte einen tiesen Eindruck auf die gewaltige Zahl der Beter.

In einer großen Sammelaudienz am 9. Dezember d. I. sprach Papst Pius XII. in weiterer Folge über die eheeliche Treue. Er wies die jungen Eheleute auf die traurigen Folgen der Zerrüttung der ehelichen Treue hin. Er behandelte die Folgen des Chebruchs, die Mißachtung der Heiligkeit der ehelichen Pflichten und die Gefahren der unfreiwilligen Trennung, denen die Chegatten besonders in der Ariegszeit vielsach unterworfen sind.

#### Aus der Kirche in Deutschland.

Die katholische Bevölkerung von Kiel beging das 100 jährige Bestehen der katholischen Gemeinde und das 50 jährige Jubiläum der Konsekration der St. Nikoslauskirche. Im Jahre 1842 kam der erste Seelsorger nach Kiel. Die erste Kapelle dort durste nach dänischem Geset keinen Turm und keine Glocke haben. An dem Jubiläum der Gemeinde nahm der Diözesanbischof Berning von Osnabrück durch Pontisikalamt und Festpredigt unter großem Andrang der Katholiken teil.

#### Bon unseren Theologen- und Brieftersoldaten:

San.=Soldat Albert Schwarz wurde zum Gefreiten Josef Wiehl zum Obergefreiten, Anton Böhe zum Unteroffizier befördert.

